



<sup>21</sup>  
B2281

163

LAETVM POST PLANCTVS  
HYMENAEON,  
DVM  
VIR  
PLVRIMVM REVERENDVS, CLARIS-  
SIMVS, ATQVE DOCTISSIMVS,  
DOMINVS  
**M A T T H I A S  
A V G V S T I N I ,**

ECCLESIAE EVANGELICAE TRENCHINIENSIS  
VERBI DIVINI MINISTER GRAVISSIMVS ET VENE-  
RABILIS AARONITICAЕ CONCIONIS SENIOR

MERITISSIMVS,  
VIDVVS

NEC NON

NOBILIS AC GENEROSA  
DOMINA  
**S V S A N N A S Z I W I**

VIDVA,

VINCULO SOCIALI

A. O. S. c/o Iscc xxxvii DIE V. KALEND. SEPTEMBR.

IVNGERENTVR,

QVOD

PARENTIBVS SVIS OBSEQVIVM,

ET EAM,

QVAM DECEP PIETATEM

TESTATVRVS

ADSTRVCTVM IBAT

FILIVS

**PAVLVS AVGVSTINI,**

E. S. THEOL ET PHIL. CULTOR.



VITTEMBERGAE,  
EX OFFICINA BOSSOEGELIANA.

Oberlin in bibliothek  
cah. 144, folio 3 recto

LAETVM POST PLANCUS



ZAHNTHAM

AGUSTIN



Gabitur, et nunquam nobis fugitiua redibit

Visa dies, regum turres Irique tabernas

Pallida mors pulsat, cuius pede semita trita

Glabrefcit, graditur tetro nox picta colore;

Hanc canus iuuenis vir femina, dormiet omnis

Si modo pulsantis tangat quis corpore ferrum

Falcatum, nemo decertans morte triumphos

Occinet. Ergo cur cremati nolumus urnas

Cernere, nec superis, victori digna tropaea

Inficiat ibit cuius mens leniter aura

Flante agitur, cupimus misceri. Luximus eheu

Exequias Matris! quid quaeso porro lugemus?

Associata choris, magno consumpta labore

Est superum; gratam potius testemur oportet

Mentem, cui Veni, Vidi, Vicique canamus.

Ambitione modo circumdare, nam reparari


Saeua potest nunquam rugata fronte ruina,

Gaudia credo iuuat: fessis medicina paratur,

Si grauiore quies mutetur grata labore,

Praesertim Matrem rursum te reddere nobis,  
Siue Erycina iocans iecit mihi, seu Deus alter,  
Quisquis erat stimulos, gaudens in vota, sed aequa,  
Perfundor: Ventum si fors spirare secundum,  
Aeolus, obstrictis austro ac aquilone feroci,  
Concessit, faxi nunquam resonare cauernas  
Percipimus, pelagoque rates committere nullus  
Dubitat, indomitos non horret nauita fluctus.  
Aëre tranquillo si non proiecta feratur  
Pluma leuis sursum, Phœbo lucente, calores  
Infandi frangunt languore, sitique, leuare,  
O aestus! liquidis decies nisi fontibus hora  
Hauriat, haud istam valet, aut extinguere: fructu  
Si grauis est arbor franguntur pondere rami.  
Fortunate Pater radiis si vestiat ingens  
Te circum, Matremque nouam fortuna, Seces vel  
Flantibus aduersus, iacentibus atque carinas,  
Indomitis ventis, pelagus; dicetur ut illic  
Iure, dii dicent superi, fortuna nouerca;  
Sic ventorum acies nisi lamentabile bellum  
Dicetur: semper medium tenuere beati.  
Maxima fortuna est spiret si leniter aura,  
Hanc tibi MATTHIA precor AVGVSTINIE, supplex  
Numina sacra vocans, hanc laeta mente SVSANNAE,  
Iamque TVAE SZIWI; quae si fortasse recedat,  
Vibia quando petit terram mox vara sequetur,  
Mens erit aduersis Vobis immota Parentes.  
At fortunati TV bis PATER esto, sed illa  
Bis MATER, constans pax et concordia vestros  
Laeta beent thalamos; violent nec semina foedus  
Daemone sparsa, virens frangit discordia quodus;

Crescat amor, lata ardens agat ille radices;  
Ille thorum dulcem reddat; ferat ille quietem;  
Ille animum vestrum luctu dissoluat, vtrique  
Gaudia mille ferat, clarum post nubila solem;  
Erigat ille Tvos fecit quos lacryma lassos;  
Et quidquid thalamos faciet, ferat ille, beatos.  
In primis saluam seruent TIBI sacra SVSANNAM  
Numina, tres ducant longe sua fila forores,  
Teque Deus iubeat senii consendere clivum  
Sublimem, atque legat fructus TVA concio multos,  
Tumue Noti rabiem, tum si iaculetur in illam  
Tela ferox hostis, quem declinare licebit  
Vix decertanti, felix TE milite vincat.  
Et sic doctorem fidum TE iure vocabunt;  
Sic TE praesidium; sic TE decus, ornamentum;  
Sic TVA percipient intenti encomia laudum;  
Posteritas cernet veniens TVA facta, vigebis  
Sed sine fine



Ung VI 4

(x 2743293)



6017  
6018



LAETVM POST PLANCTVS  
 HYMENAEON,  
 DVM  
 VIR  
 PLVRIMVM REVERENDVS, CLARIS-  
 SIMVS, ATQVE DOCTISSIMVS,  
 DOMINVS  
**M A T T H I A S**  
**AVGVSTINI,**  
 ECCLESIAE EVANGELICAE TRENCHINIENSIS  
 VERBI DIVINI MINISTER GRAVISSIMVS ET VENE-  
 RABILIS AARONITICA CONCIONIS SENIOR  
 MERITISSIMVS,  
 VIDVVS  
 NEC NON  
 NOBILIS AC GENEROSA  
 DOMINA  
**S VSANNA SZIWI**  
 VIDVA,  
 VINCVLO SOCIALI  
*A. O. S. cIs Iscc xxxvii DIE V. KALEND. SEPTEMBR.*  
 IVNGERENTVR,  
 QVOD  
 PARENTIBVS SVIS OBSEQVIVM,  
 ET EAM,  
 QVAM DECEP PIETATEM  
 TESTATVRVS  
 ADSTRVCTVM IBAT  
 FILIVS  
**PAVLLVS AVGVSTINI,**  
E. S. THEOL ET PHILOS. CULTOR.  
 VITTEMBERGAE,  
 EX OFFICINA BOSSOEGELIANA.

